Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



12

phylet de duo: et clamat dicēs Sic erat quē
dixi: qui post me uenturus est: ante me factus
est: quia prior me erat Et de plenitudine eius
nos omnes accepimus: et gratiam p̄ gratia: quia lex
p̄ moysen data est: gratia et ueritas p̄ iesum
xp̄m facta est Deum nemo uidit umquam
Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enar
rauit Dominica tertia Statio ad s. Petrum
Gaudete in dno semp iterū dico gaudete modestia
uestra nota sit omnib hominibus dns ppe est nichil
solliciti sit sed in omni oratione petitiones uestre in notescant
apud deum Ps Benedixisti dne terram tuam auertisti captiuitatem iacob
Aures tuam qs dne precibus nostris accommoda or
et mentis nostre tenebras gratia tue illustracionis
Fratres Sic Ad Corinthios illustra qs tui deo
nos existimet homo ut ministros xp̄i et
dispensatores misteriorum dei Hic iam quaerit
inter dispensatores ut fidelis quis inueniat
Mihi autem p̄ minimo est ut a uobis iudicer: aut
ab humano die sed neque meipsum iudico Nichil
enim mihi sum: sed non in hoc iustificatus sum:
Qui autem iudicat me dns est Itaque nolite
ante tempus iudicare: quo adusque ueniat
dns qui et illuminabit abscondita tenebrarum
et manifestabit consilia cordium: et tunc laus
erit unicuique a deo Gr Qui sedes dne super cheru
bim exerta potentiam tuam et ueni Ps Qui regis israel intende
qui deducis uelut ouem ioseph Alla Ps Excita dne p̄
tentiam tuam et ueni ut saluos facias nos Matheum
Sxt. Cum audisset ioh in uinculis opa
xp̄i: mittens duos de discipulis suis ait illi